Naturae sub lege iacet· pater ipse futurus
Muni [illegible] pullulat orbis
Vivere quod culpa gravat truncata libido
Virgineum parturit opus· haec namque propago
Divinum concepit iter hinc sacra maria est
Ad partum generata novum· quae coniugis expers
Mater inest natusque dei de virginis alvo
Emicat· atque hominem mediator in omnia complet
Hinc terrena levans· illinc caelestia praestans
Praeterit ergo vetus christo nascente figura
Haec facies ius omne novat· cultroque fugato
Spiritus ardescens cor circumcidit in undis
Qui sanantur aquis ne figant vulnera membris;
Nescius interea curis laxare quietem
Paulus morbe docet· verbique ligonibus omnes
Excolit· et fidei cogit flavescere messem
Errorum fugiente gelu· quem spiritus almus
Haec asiae proferre vetat· nec moesia quivit
Dives agris huius tunc semina ferre salutis
Foecundo ieiuna solo· vir quippe macedo
Insomnis haec visus ait· miserere precamur
Illiricos dignare sinus· o gratia quantum
Inpulsa parat· subito flammante amore
Quippositum vim tempus habent· sic nocte fugata
Noctiloquus convertit iter· fructusque loquelae
Vescitur esuriens macedonia· per quae soporis
Dona salutiferam meruit comprehendere linguam;
Questio crebra sonat si plenus munere largo
Praedicat omnipotens non vetuit prodere mundum

II, 322

Clm. 29330/3, f. 1v

Bayer. Staatsbibliothek München
(Photostelle)
COD: lat. 29330-3
..VS.: 1v